



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CXLV. Sergus IV. Anno Christi 1009. Henrici II. Reg. 8. Basil. Const. 34.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

CXLIV.

JOANNES XVIII.

ANNO CHRISTI 1003.

HENRICI II. REG. 2. BASIL. &
CONST. 28.JOANNES XVII. *Fasanus* cogno-
mine, Romanus, anno 1003. VII.kal. Januar. in Pontificatu positus, Bar. an.
statim Legatum misit in Germaniam 1003. 9
ad initiandum novum Archiepisco- 9. 11
pum Magdeburgensem, cum ille se Pag. 9. 3.conferre Romam non posset, ut
consecraretur ab ipso Pontifice juxta
privilegium Ecclesiæ suæ. Hujus
tempore reconciliata concordia inter
Ecclesiam Romanam & Constanti-
nopolitanam, noménque ipsius Joan- Bar. an.
nis ab Sergio Patriarcha relatum in 1009.
Diptycha. (1) Regnavit *annos 8* §. 1.
mensis quinque, mortuus anno 1009. Pag. 6. 1.
propè exitum mensis Maji.

ANNOTATIONES.

(1) Vide annotat. 3. ad S. Innocentium I.

CXLV.

SERGUS IV.

ANNO CHRISTI 1009.

HENRICI II. REG. 8. BASIL. CONST. 34.

Nn 3

SER-

SERGIO IV. Martini filio, Romano, qui ante *Petrus* Episcopus Albanensis dicebatur, anno 1009, Pontificatus traditus est. (1) Effusus fuit in pauperes liberalitate, aliisque virtutibus conspicuus. Quare licet nullo publico cultu donatus sit, ejus nomen memoria in *Menologio Benedictino* legitur die 18. Augusti, ut ait Mabillonius in *Indice Sanctorum pretermissorum Sæc. VI. Benedictini* part. 1. Vitam posuit anno 1012. cum annos amplius duos in Pontificatu fuisset.

Bar. an.
 1009. §.
 3.
 Pag. §. 1.

Bar. an.
 1012. §.
 1.
 Pag. §. 1.

ANNOTATIONES.

(1) In secundo, tertio, quarto, & quinto ex *Catalogis Pontificum Romanorum*, 1. Pagio præpositis tomo 1. *Critica in Baronium*, Joanni, qui vocatur *Fasanus*, subrogatur *Sergius*, qui vocatur *Ois porci*. Ditmarus scriptor ejusdem ætatis lib. 6. inter *Scriptores Rerum Brunsvicensium* tom. 1. pag. 399. *Huic* (Joannes XVIII) *succedebant Sergius*, qui vocabatur *bucca porci*, atque *Benedictus*, ambobus *præclari*, & *consolidatores nostri*.

Baronius ad an. 1009. §. 3. *Creatur Papa Sergius ex Episcopo Albanensi, tunc Petrus nomine nuncupatus. Cui ob re-*
verentiam

verentiam Apostolici culminis, nomen mutare placuit, & Sergius voluit nominari. Id quidem ex sepulchrali inscriptione constat: quam idem Baronius subijcit ad an. 1012. §. 1.

In quo (folio) mutato permansit nomine Præsul

Sergius ex Petro: sic vocitatus erat.

Errat ergo Ditmarus, qui suo iudicio & assertione ideo id factum scribit, quod nomine non satis honesto Buccaporci nominaretur: ut ait Auctor Vita Sergii IV. apud Lab. tom. 9. Conc. pag. 802. Falluntur item alii, qui Ditmarum sequuntur.

CXLVI.

BENEDICTUS VIII.

ANNO CHRISTI 1012.

HENRICI II. REG. II. BASILII
& CONST. 37.

BENEDICTUS VIII. Gregorii Comitis Tusculani filius, Joannes Episcopus Portuensis antea dictus, Bar. an. anno 1012. Romanæ Ecclesiæ præfectus est. Mox à Gregorio, nescio quo, Pontificatum sibi usurpante Româ ejectus, in Germaniam ad Henricum Regem confugit: quo in Italiam adveniente, in Sedem suam

Nn 4

re-